

Capilli rutili. Ouid. 2. Metam. 64.
 Cruor rutilus. Ouid. 5. Metam. 117.
 Flamma. Ouid. 3. Fast. 57.
 Squamæ rutilæ. Virg. 4. Georg. 19.
 Mars rutilus & horribilis terris. Cicero in Som. Scip. 15.

De fidere.

¶ Rutilatus, Adiectiuum Rutilo colore infectus. Tacit. lib. 20.
 Liu. 8. bell. Maced. 70, Promissæ & rutilatæ coronæ.

Rutrum] rutri (λαρπερτερον, ονδρα) Instrumentum quo
 quid eruitur à Ruendo. nam sicut Aratum, aratum, sit Ru-
 tum, rutrum facit. Festus. Rutrum tenentis iuuenis effigies
 in Capitolio Ephebi fuit, more Græcorum arenam eruentis,
 exercitationis gratia: quod signum deportauit ex Bithynia
 Romam Pompeius Bithynicus. Cato cap. 11. 4. Oportet ha-
 bere uillicum palas sex, rutra quatuor, rastrov quadriden-
 tes duos. Plin. lib. 36. cap. 23. 4. Experimentum marmorati
 est in subigendo, donec rutro non cohereat.

¶ Rutellum, rutelli, Diminutiuum (καρπερτερον, ονδρα)
 Lucilius, Frumētarius est, modicum hic secum, atq; rutellum
 unā adfert.

Rutuba] penul. cor. (ρὺτὸβα) fluvius Liguriæ ex Apennino
 fluens: cuius meminit Plin. cap. 5. lib. 3.

Canus Rutuba. Luc. m. lib. 2. 58.

Rutubam] τὺρβλυ, ueteres turbationem appellabant. Varo
 Sexagesima, Ergo tum Romæ parçè, pureq; pudentis ui-
 uere in patriam: nunc sumus in rutuba. Nonius.

Rutuli] penul. corr. Antiquissimi Italiæ populi, qui Latium
 tenuerunt: teste Plin. lib. 3. cap. 5.

¶ Rutulus, penul. corr. Adiectiuum: ut,
 Hostes rutuli. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 5.

Colles Rutuli. Virg. 7. Aeneid. 160.

Castra Rutula. Tibull. lib. 1. eleg. 6. 2.

Rutulus] penul. prod. Viri proprium.

Magnanimus Rutulus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4.

Rutupia] ρὺτῶπεια, Britanniæ insule portus, apud Ptole-
 meum lib. 2. cap. 3. Vulgò Sanduwich.

¶ Rutupinus, penult. product. (ρὺτῶπειος) Adiectiuum. Lu-
 canus libro 6. 14,

Aut uaga quum Theys, Rutupinaq; littora feruent,
 Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.

Ruzatus] Augusti colonia in Tingitania. Plinius libro 5.
 cap. 2.

S



Litera semiuocalis, quæ tantam
 habet cum H aspiratione co-
 gnationem, ut ueteres eam lo-
 co ipsius H aspirationis posue-
 rint, in huiusmodi uocibus &
 alijs, ἄσ, sal: ἄξ, sex: ἄξ, se-
 ptem: ἄ, se.

S literam in fine dictionis ueteres
 elidebant, subsequente consonante. Quintil. libro 9. capit.
 4, De compositione, Ceterum consonantes quoque, eaq;
 præcipuè quæ sunt asperiores, in commissura uerborum ri-
 xantur, & Sultima, cum X proxima, quarum tristior, etiã
 si binæ collidantur, stridor est: ut Ars studiorum. Quæ fuit
 causa & Seruio (ut dixi) subtrahendæ S literæ, quoties ul-
 tima esset, aliãq; consonante susciperetur. Quod reprehendit
 Lauranius: Messala defendit. Nam neque Luciliū pu-
 tant uti eadem ultima, quum dicit, Serenu' fuit: & Dignu'
 loco. Quinetiam Cicero in Oratore plures antiquorum tra-
 dit sic loquutos. Hactenus Quintilianus. Cicero in Orat. 91.
 Quinetiam, quod iam subrusticum uidetur, olim autem

politiis, eorum uerborum, quorum eadem erant postrema
 me due literæ, quæ sunt in Optimus, postremam literam
 detrahebant, nisi uocalis sequebatur. Ita non erat ea of-
 fensio in uersibus, quam nunc fugiunt poetæ noui. Ita enim
 loquebamur, Qui est omnibu' princeps, non, omnibus prin-
 cept, & Vita illa dignu' locoq; non, dignus.

Ciceronis temporibus, paulumq; infra (ut inquit Quintilianus
 lib. 1. cap. 7.) serè quoties S litera media uocalium longaru,
 uel subiecta longis esset, geminabatur: ut Cassa, Cassus, di-
 uisiones: quo modo & ipsum, & Virgiliū quoq; scripsisse,
 manus eorum docent. Atq; paululum superiores etiam illud
 quod nos gemina S, dicimus Iusti, una dixerunt.

Huic literæ magna cum T cognatio est, & cum R, ut idem
 Quint. testatur lib. 1. cap. 4. nam & T in S, & rursus S in
 T transit: similiterq; de R. dicit enim, Nam ut Valesij &
 Fusij in Valerios, Furijsq; uenerunt: ita arbos, labos, ua-
 pos, etiam & clamos, ac lases, etatis fuerunt. Et hæc ipsa S
 litera ab his nominibus exclusa, in quibusdam ipsa alteri
 successit: nam Mertare, atq; Pultare dicebant.

S A

Saba] ἡθιοβία, Ciuitas regia Aethiopiæ, inquit Iosephus, quam
 postea Cambyses à sororis suæ nomine, Meroen denomina-
 uit. Hanc Nilus circumdans, inexpugnabilem reddebat. Di-
 eta Saba, ἡ πὸ τῆ ἡθιοβία, quod est reuereri: quia thus mittit,
 quo in sacrificijs utuntur: & ideo thuriferam uocat Ptolem.
 Sunt qui dicant, Saba Arabum lingua mysterium significa-
 ri. Hieronymus uerò conuersionem sonare autumat. Vide
 Plin. lib. 12. cap. 14. 1.

Saba quidem ciuitas est regalis Aethiopiæ, ut scribit Hiero-
 nymus in libro de locis Hebraicis: sed tunc scribitur Saba
 per literam Samech. Esaiæ 43, Dedi propitiationem tuam
 Aegyptum, Aethyopiam, & Saba pro te. sortiuurq; nomen
 à Saba filio Chus: Genesis 10. Nam aliud uocabulum Sa-
 ba scribitur per Sin literam, & significat Arabiam, à suo
 authore Saba filio Regma, ut Genesis 10. Et ab eo dicuntur
 Sabæi non Aethiopici, ut supra, sed Arabici, de quibus
 Strabo libro 16, postquam de Nabathæis multa loquu-
 tus est. Vnde quando inuenitur per Sin literam scri-
 ptum, transfertur Arabia. ut Psalmo 62, Dabitur ei de
 auro Arabiæ. Et paulo superius, Reges Arabum & Sa-
 ba dona adducent. Vbi utraque uocabula in eodem uer-
 ficulo reperies. Solent itaque in hoc uocabulo facile
 decipi, qui negligenter intuentur orthographiam. Saba
 igitur per Sin, Arabia est thurifera, ad mare Rubrum,
 odorifera, & diues, ac Beate cognomine inclita. Per
 Samech autem, Aethiopica. Vnde facile est intelligere,
 reginam Saba quæ ad audiendum Salomonem accesser-
 rat, 3 Regum 10, non fuisse Aethiopijsam, sed Fœlicis Ara-
 biæ reginam.

Saba, appellatur, quod significare Græci mysterium dicunt.
 Plin. lib. 12. cap. 14. 1.

Sabæi] ἡθιοβίοι, Arabiæ Fœlicis populi, quorum metropolis
 est Saba, quam Strabo lib. 16, Meriabā uocat: His proxima
 est (inquit) fœlicissima Sabæorum terra, quæ maxima nasci-
 tio est. Apud hos thus & myrrha, & cinnamomum nasci-
 tur, in ora etiam balsamum, & alia quedam herba ualde
 odorata, quanquam eius odor citò deperit. Habent præte-
 rea palmas odoratas, & calamum. Serpentes quoque pal-
 mares, colore puniceo, usq; ad illa asilientes, quorum mor-
 sus incurabilis est. Homines propter maximam fructuum
 copiam ociosi segnesq; uiuunt. In radicibus arborum cu-
 bant: & ex eis incidunt, quæ proximè suscipientes protinus
 alter alteri consequenti tradunt, usq; in Syriam atq; Meso-
 potamiam. Ab odoribus autem stupefacti, bituminis suffitu,
 & hirci